



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare Francofordiense, datum in plena synodo anno DCCXCIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

CAPITVLARE FRANCOFORDIENSE

Datum in plena synodo anno Christi DCCXCIV.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**e indulgentia Tassiloni Ducis Baiovariorum à Karolo Rege concessa.
2. De stabili pretio annonae, tum private, tum publicæ.
3. De novis denariis, ut ab omnibus in omni loco accipiantur.
4. Ut Episcopi iustitias faciant in suis parochiis.
5. Ut Episcopus non migret de sua civitate, nec Presbyter aut Diaconus de sua Ecclesia.
6. De altercatione Viennensis & Arelatensis Episcopi. Et de Tarentasia, Ebreduno, & Aquo.
7. De pargatione & reconciliatione Petri Episcopi.
8. Gerboldi incerte ordinationis Episcopo dignitas abrogata.
9. Ut monachi à secularibus negotiis & placitis abstineant.
10. Ut reclusi nisi ex Episcopi & Abbatis approbatione non fiant.
11. Ut Abbas cum suis dormiant monachis.
12. Cellarij in monasteriis quales eligendis sint.
13. De monasteriis ubi corpora sanctorum sunt.
14. Ut pro introuentibus in monasterium premia non exigantur.
15. Ut Abbas sine consensu Episcopi non elegatur.
16. Nulla ex culpa monachos Abbatii cecare aut mutilare licet.
17. Ne Clerici aut monachi tabernas ingrediuntur.
18. Episcopus canones & regulam scire debet.
19. Dies dominica quomodo observanda.
20. Ne in villa ac vicis ordinentur Episcopi.
21. Servum sine domini licentia nemo recipiat vel ordinet.
22. Ut Clerici & monachi in proposito permaneant.
23. Ut decimas & nonas Ecclesiae solvant qui debent, & omnes decimam de sua proprietate.
24. Ut Ecclesiae per eos restaurentur qui be-
- neficia habent, & inde ablata restituantur.
25. Ut Clerici alieni sine commendatitiis non recipiantur; & qui nunc sunt, redeant ad Ecclesiæ suas.
26. Ut absolutes nullus ordinetur.
27. Ut Episcopus sibi subditos rite doceat.
28. De altercationibus Clericorum inter se vel cum laicis.
29. Ut conjunctiones non fiant.
30. Ut monasteriorum disciplina servetur.
31. Ut orationem dominicam & symbolum fidei omnes doceantur.
32. De avaritia & cupiditate.
33. De hospitalitate.
34. Ut criminosi accusare non liceat.
35. De reconciliatione.
36. Ut Presbyteri contumaces cum regiae capelle Clericis non communicent.
37. De judicio Presbyteri in criminis deprehensione.
38. De suscipienda cura puellarum que parentibus privatæ sunt.
39. Ut Episcopus extra propriam sedem ultra tres hebdomadas non haret. Et in Episcopi rebus post ejus obitum quis succedat.
40. Quinque sancti in Ecclesia venerandi sunt.
41. De arboribus & lucis destruendis.
42. Ut eleeti utrinque judices non sfernantur.
43. Ut parvuli ad sacramenta non trahantur.
44. Ut in uelandis virginibus canones obseruentur.
45. Abbatissæ que canonice vel regulariter non vivunt deponenda.
46. Ut oblationes que in Ecclesiæ sunt dispenset Episcopus.
47. Ut Presbyteri ante annos triginta non ordinentur.
48. Ut post Missarum solemnia pax invicem detur.
49. Ut nomina ante oblationem non recitentur.
50. Quod non in tribus tantum linguis orandum sit Deus.
51. Ut Episcopi & Presbyteri canones non ignorent.

R. ij

Tom. I.

52. *Quatenus Ecclesie ab ingenuis constru-
ete tradi aut vendi queant.*
53. *De licentia Hildeboldi Archicapellani.*

54. *De Alcuino, quem Rex synodo com-
mendavit.*

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVL A ET EORVM TEXTVS.

*De indulgentia Tassiloni Duci Bajoariorum
a Karolo Regis concessa.*

I. **D**E Tassiloni definitum est capitulo, qui dum Bajoariae Duc tuerat, sobrinus videlicet Domini Karoli Regis. In medio sanctissimi adstitit Concilij, veniam rogans pro commissis culpis, tam quas tempore Domini Pippini Regis adversus eum & regnum Francorum commiserat, quam & quas postea sub tempore Domini nostri piissimi Karoli Regis, in quibus fraudator fidei sua extiterat, indulgentiam ut ab eo mereretur accipere humili petitionis visus est postulasse, dimittens videlicet puro animo iram atque omnem scandalum de parte sua, quæque in eo perpetrata fuissent, & sciebat, nec non omnem justitiam & res proprietas, quantum illi aut filii vel filiabus suis in dictu Bajoariorum legitimè pertinere debuerant, gurpivit arque proiecit, & in postmodum omni lite calcanda, fine ulla repetitione indulxit, & filios ac filias suas in illius misericordia commendavit. Et idcirco Dominus noster misericordia motus prefato Tassiloni gratuito animo & culpas perpetratas indulxit & gratiam suam pleniter concessit, & in sua eleemosyna eum in amore dilectionis visus est suscepisse, ut fecurus de Deimisericordia existeret inanthea. Vnde tres breves ex hoc capitulo uno tenore scriptos fieri pracepit, unum in palatio retinendum, alium praefato Tassiloni, ut secum haberet in monasterio, dandum, tertium verò in sacri palatii capella recondendum fieri iussit.

*De stabili pretio annonae, tum private,
tum publice.*

II. Statuit piissimus Dominus noster Rex, consentiente sancta synodo, ut nullus homo, sive ecclesiasticus sive laicus sit, ut nunquam carius vendat annonam, sive tempore abundantiae, sive tempore caritatis, quam modum publicum & noviter statutum. De modio de avena denario uno, modio ordei denarius 11. modio sigali denarij tres, modio frumenti denarij quatuor. Si verò in pane vendere voluerit, duodecim panes de frumento, habentes singuli libras duas, pro denario dare de-

beat, sigalatos quindecim æquo pondere pro denario, ordeaceos viginti similiter pensantes, avenatos viginti quinque similiter pensantes. De verò annona publica Domini Regis, si venundata fuerit, de avena modius 11. pro denario, ordeo den. 11. sigalo den. 11. frumento mod. denar. 11. Et qui nostrum habet beneficium, diligentissime pravideat, quantum potest Deo donante, ut nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium fame moriat, & quod supereret ultra illius familiæ necessitatem, hoc liberè vendat jure praescrito.

De novis denariis, ut ab omnibus in omni loco accipiatur.

III. De denariis autem certissimè scitis nostrum edictum, quod in omni loco, in omni civitate, & in omni empturio similiter vadant isti novi denarij, & accipiatur ab omnibus. Si autem nominis nostri nomisma habent, & mero sunt argento, pleniter pensantes, si quis contradicit eos in illo loco, in aliquo negotio emptionis vel venditionis, si ingenuis est homo, quindecim solidos componat ad opus Regis; si servilis conditionis, si fium est illud negotium proprium, perdat illud negotium, aut flagelletur nudus ad palam coram populo. Si autem ex iussione sui domini fecerit, tunc ille dominus solidos quindecim componat, si ei adprobatum fuerit.

Vt Episcopi iustitias faciant in suis parochiis.

IV. Statutum est à Domino Rege & sancta synodo ut Episcopii iustitias faciant in suis parochiis. Si non obedierit aliqua persona Episcopo suo de Abbatibus, Prebyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, monachis, & ceteris Clericis, vel etiam aliis, in ejus parochia, veniant ad Metropolitanum suum, & ille dijudicet causam cum suffraganeis suis. Comites quoque nostri veniant ad judicium Episcoporum. Et si aliquid est quod Episcopus metropolitanus non possit corriger vel pacificare, tunc tandem veniant accusatores cum accusato cum litteris Metropolitani, ut sciamus veritatem rei.

265 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 266

794.
Vt Episcopus non migrat de sua civitate, nec Presbyter aut Diaconus de sua Ecclesia.
V. Definitum est etiam à Domino Rege & sancta synodo ut Episcopus non migret de civitate in civitatem, sed curam habeat Ecclesie sue. Similiter Presbyter & Diaconus maneat in suas Ecclesias canonicæ. De altercatione Viennensis & Arelatensis Episcopi. Et de Tarentasia, Ebreuno, & Aquis.

V I. De altercatione Vrsionis Viennensis Episcopi & advocato Elifanti Arelatensis Episcopi letæ sunt epistolæ beati Gregorii, Zosimi, Leonis, & Symmachii, quæ definierunt eō quod Viennensis Ecclesia quatuor suffraganeas habere sedes deberet, quibus illa quinta præmineret, & Arelatensis Ecclesia novem suffraganeas habere deberet, quibus ipsa præmineret. De Tarentasia verò & Ebreuno five Aquis, legatio facta est ad sedem apostolicam, & quicquid per Pontificem Romanum Ecclesiæ definitum fuerit, hoc tenetur.

De purgatione & reconciliatione Petri Episcopi.

VII. Definitum est etiam ab eodem Domino Rege five à sancta synodo ut Petrus Episcopus contestans coram Deo & angelis ejus juraret cum duobus aut tribus, sicut sacrationem suscepit, aut certè cum suo Archiepiscopo, quod ille in mortem Regis five in regnum ejus non confliasset, nec ei infidelis fuisset. Qui Episcopus, dum cum quibus juraret non inventisset, elegit sibi ipse ut fuisse homo ad Dei iudicium ire, & ille testaretur absque reliquis & absque sanctis evangelis, solummodo coram Deo, quod ille innocens exinde esset, & secundum ejus innocentiam Deus adjuvaret illum suum hominem, qui ad illud iudicium exiturus erat. Et exivit tamen ejus homo ad iudicium Dei, neque per Regis ordinationem, neque per sancta synodi censuram, sed spontanea voluntate. Qui etiam à Domino liberatus, idoneus exivit. Clemencia tamen Regis nostri prefato Episcopo gratiam suam contulit, & primitis honoribus cum dedit, nec passum est sine honore quem proficxit de compagno criminis nihil male menuisse.

Cerbo incerte ordinationis Episcopo dignitas abrogata.

VIII. Definitum est quidem à Domino Rege & sancta synodo esse dinoscitur, ut Gacerodus, qui se Episcopum esse di-

cebat, & suæ ordinationis testes non habuit, qui tamen episcopalia à Magnardo metropolitanu Episcopo consecutus est, qui etiam proefulsi est Diaconum & Presbyterum non secundum canoniam ordinationem ordinatum esse, ut ab eodem gradu episcopatus, quem sc̄c habere dicebat, deponeretur à predicto Metropolitanu five à comprovincialibus Episcopis. Vt monachi à secularibus negotiis & placitis abstineant.

V. IX. Vt monachi ad secularia negotia neque ad placita exercenda non excent; nisi ita faciant sicut ipsa regulæ præcepit.

Vt reclusi nisi ex Episcopi & Abbatis approbatione non fiant.

X. Vt reclusi non fiant nisi quos ante Episcopum provinciae arque Abbas comprobarint, & secundum eorum dispositionem in reclusionis loco ingrediantur.

Vt Abbas cum suis dormiat monachis.

XI. Vt Abbas cum suis dormiat monachis secundum regulam sancti Benedicti. Cellarij in monasteriis quales eligendi sint.

XII. Vt Cellarij in monasteriis avari non eligantur, sed tales electi sint quales regula sancti Benedicti docet.

De monasteriis ubi corpora sanctorum sunt.

XIII. De monasteriis ubi corpora sanctorum sunt, ut habeat oratorium intra claustra, ubi peculiare officium & diuturnum fiat.

Vt pro introeuntibus in monasterium premia non exigantur.

XIV. Audivimus enim ut quidam Abates cupiditate ducti premia pro introeuntibus in monasterio requirant. Ideo placuit nobis & sancta synodo, pro sufficiendis in sancto ordine fratribus nequam pecunia requirantur; sed secundum regulam sancti Benedicti sufficiantur.

Vt Abbas sine consensu Episcopi non eligatur.

XV. Vt Abbas in congregazione non eligatur, ubi iustissimo Regi fuerit, nisi per consensum Episcopi loci illius.

Nulla ex culpa monachos Abbatii eccare aut mutilare licet.

XVI. Vt Abbes qualibet culpa à monachis commissa, nequaquam permittemus eccari, aut membrorum debilitatem ingerere, nisi regularis disciplina subiaceat.

Ne Clerici aut monachi tabernas ingrediantur.

XVII. Vt Presbyteri, Diaconi, monachi, & Clerici tabernas ad bibendum non ingrediantur.

R. iii

Episcopus canones & regulam scire debet.

XVIII. *Vt Episcopum canones & regulam non licet ignorare.*

Dies dominica quomodo observanda.

Ibid. c. 13. XIX. Vt dies domini à vespera usque

ad vesperum servetur.

No in villis ac vicis ordinentur Episcopi.

Ibid. c. 18. XX. Quod non oporteat in villolis nec

vicis Episcopos ordinare.

*Seruum sine domini licentia nemo recipiat
vel ordinet.*

Ibid. c. 23. XXI. De servis alienis, ut à nemine

recipientur neque ab Episcopis sacrentur

sine licentia dominorum.

*Vt Clerici & monachi in proposito
permaneant.*

Ibid. c. 26. XXII. De Clericis & monachis, ut

in suo proposito permaneant.

*Vt decimas & nonas Ecclesie solvant qui
debent, & omnes decimam de sua pro-*

prietate.

XXIII. *Vt decimas & nonas five cen-*

fus omnes generaliter donent qui debito-

res sunt ex beneficio & rebus Ecclesie-

rum, secundum priorem capitularem

Domini Regis. Et omni homo ex sua pro-

prietary legitimam decimam ad Ecclesiam

conferat. Experimento enim didicimus,

in anno quo illa valida famae inrepit, ebul-

lire vacuas annonas à dæmonibus devora-

tas, & voces exprobrationis auditias.

Vt Ecclesie per eos restaurantur qui beneficia

habent, & inde ablatas restituantur.

XXIV. *Vt domus Ecclesiæ & re-*

gumenta ab eis fiane emendata vel restau-

rata qui beneficia exinde habent. Et ubi

repertum fuerit per veraces homines quod

lignum & petras five regulas, qua in

domibus Ecclesiæ fuerint, & modò

in domo sua habeat, omnia in Ecclesia

fiant restaurata unde abstracta fuerunt.

Vt Clerici alieni sine commendatitiis non re-

cipientur, & qui nunc sunt, redeant ad

Ecclesiæ suas.

*Capitulare
1 anni 739.
c. 24. XXV. De Clericis, nequaquam de*

Ecclesiæ ad aliam Ecclesiam transmigren-

tur, neque recipientur sine conscientia

Episcopi & literas commendatitiis de cu-

jus dioecesis fuerunt, ne fortè discordia ex-

inde veniat in Ecclesia. Et ubi modò tales

reperti fuerint, omnes ad eorum Ecclesiæ

redeant, & nullus cum post se retinere au-

deat postquam Episcopus aut Abbas suus

eum recipere voluerit. Et si fortè senior

ignorat ubi suum requirere debet Cleri-

cum, cum quo fuerit, ipse eum sub cu-

stodia retineat, & non permitat cum va-

gari aliabi, usque dum domino suo resti-

tuatur.

Vt absolute nullus ordinetur.

XVII. *Vt non absolute ordinetur, Ibid. c. 25.*

Vt Episcopus sibi subditos rite doceat.

XVIII. *Vt unusquisque Episcopus*

sibi subditos bene doceant & instruant;

ita ut in domo Dei semper digni invenian-

ter qui canonice possint fieri electi.

De alterationibus Clericorum inter se vel

cam laicis.

XVIII. *De Clericis ad invicem al-*

tercentibus, aut contra Episcopum suum

agentibus, ut sicut canones docent, ita

omnimodi peragant. Et si forte inter Cle-

ricum & laicum fuerit orta alteratio,

Episcopus & Comes simul convenient, &

unanimiter inter eos causam definiant se-

cundum redditum.

Vt coniurationes non fiant.

XIX. *De coniurationibus & confi-*

piationibus, ne fiant; & ubi sunt inven-

tes, destruantur.

Vt monasteriorum disciplina servetur.

XXX. *Vt monasteria secundum ca-*

nonicam institutionem fiant custodita.

Vt orationem dominicam & symbolum fidei

omnes doceantur.

XXXI. *Vt fides catholica sanctæ Tri-*

nitatis & oratione dominica arque symbo-

lum fidei omnibus predicetur & tradatur.

De avaritia & cupiditate.

XXXII. *De avaritia & cupiditate Ibid. c. 25.*

calcanda.

De hospitalitate.

XXXIII. *De hospitalitate secunda. Ibid. c. 25.*

Vt criminis accusare non licet.

XXXIV. *De criminis, ut non ha-*

beant vocem acculandi maiores natu aut

Episcopos suos.

De reconciliatione.

XXXV. *De reconciliatione tempore Ibid. c. 25.*

necessitatis.

Vt Presbyteri contumaces cum regie capella

Clericis non communicent.

XXXVI. *De Presbyteris qui contu-*

maces fuerint contra Episcopos suos, ne

quaquam communicentur cum Clericis

qui in capella Regis habitant nisi recon-

ciliati fuerint ab Episcopo suo, ne fortè

canonica excommunicatio super eos exin-

deat.

De judicio Presbyteri in criminis deprehensi.

XXXVII. *Si Presbyter in criminali*

opere fuerit deprehensus, ad Episcopum

suum ducatur, & secundum canoniam

institutionem constringatur. Et si forte

negare voluerit, & accusator comprobationem dare non potuerit, & coram Episcopo definitum esse nequivent, tunc ad universali Concilio illorum ratio defatur.

De fuscipienda cura paucularum que parentibus private sunt.

Ibid. c. 39. **X X X V I I I.** De pueris quae à parentibus private sicutur, sibi Episcoporum & Presbyterorum previdentia gravioribus feminis commendentur, sicut canonica docet auctoritas.

Vt Episcopus extri propriam fedem ultra tres hebdomadas non heraret. Et in Episcopi rebus post eius obitum quae succedant.

Ibid. c. 40. **X X X I X.** Ut nullus Episcopus propriam fedem amittat alii qui frequentando, aut in propriis rebus suis manere audeat amplius quam tres hebdomadas. Et propinquai vel heredes Episcopi res quae ab Episcopo sunt adquisitae, aut per comparationes, aut per traditiones, postquam Episcopus fuerit ordinatus, nequaque post eius obitum hereditare debeant; sed ad suam Ecclesiam catholicę. Illae autem quae prius habuit, nisi traditionem ad Ecclesiam ex eis fecerit, hereditibus & propinquis succedant.

Quinam sancti in Ecclesia venerandi sint.

Ibid. c. 41. **X L.** Ut nulli novi sancti colantur, aut invocantur, nec memoria eorum per vias ergantur; sed ijsoli in Ecclesia venerandi sint qui ex auctoritate passionum aut vita merito electi sunt.

De arboribus & lucis destruendis.

Ibid. c. 42. **X L I.** De arboribus & lucis destruendis canonica observetur auctoritas.

Vt electi utrinque judices non spernantur.

Ibid. c. 43. **X L I I.** Ut electi judices de utrisque partibus non spernantur.

Vt parvuli ad sacramenta non trahantur.

Ibid. c. 44. **X L I I I.** De eorum testibus canonica sit observatio. Et parvuli non trahantur ad sacramentum, sicut Guntbadingi faciunt.

Vt in velandis virginibus canones observantur.

Ibid. c. 45. **X L I V.** De virginibus, quo tempore velandae sint vel quibus occasionibus ante annos viginti quinque, si necessitas compellit, ea querantur quae in canone scripta sunt.

Abbatissae que canonice vel regulariter non vivunt deponenda.

X L V. De Abbatissis, quae canonice vel regulariter non vivunt, Episcopi requiri-

rant, & Regi adnuntient, ut ab honore priventur.

Vt oblationes quae in Ecclesia sunt dispensentur Episcopis.

X L V I. De oblationibus quae in Ecclesia vel in usus pauperum conferuntur, canonica observetur norma; & non ab aliis dispensentur nisi cui Episcopus ordinaverit.

Vt Presbyteri ante annos triginta non ordinentur.

X L V I I. De Presbyteris ante triceni. Ibid. c. 46. mum etatis annum non ordinandis.

Vt post Missarum solemnia pax invicem detur.

X L V I I I. Ut confecta sacra mystria, in Missarum solemnibus omnes generaliter pacem ad invicem praebant.

Vt nomina ante oblationem non recitentur.

X L I X. De non recitandis nominibus antequam oblatio offeratur.

Quod non in tribus tantum linguis orandum sit Deus.

L. Ut nullus credit quod non nisi in tribus linguis Deus orandus sit: quia in omnibus linguis Deus adoratur, & homo exauditur, si justa petierit.

Vt Episcopi & Presbyteri canones non ignorent.

L I. Ut nulli Episcoporum & sacerdotum licet facros canones ignorare.

Quatenus Ecclesie ab ingenuis construetur tradit aut vendi queant.

L I I. De Ecclesiis quae ab ingenuis hominibus construuntur, licet eas tradere vendere, tantummodo ut Ecclesia non destruantur, sed serviantur cotidie honores.

De licentia Hildeboldi Archicancellarii.

L I I I. Dixit etiam Dominus Rex in eadem synodo ut a sede apostolica, id est, ab Adriano Pontifice, licentiam habuisset ut Angilramnum Archiepiscopum in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas. Deprecatus est eadem synodus ut eo modo sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum Episcopum habere debuisset; quia & de eodem, sicut & de Angilramno, apostolicam licentiam habebat. Omnis synodus consenserit, & placuit eis eum in palatio esse debere propter utilitates ecclesiasticas.

De Alcuino, quem Rex synodo commendavit.

L I V. Commonuit etiam ut Alcuinum ipsa sancta synodus in suo consortio sive in orationibus recipere dignaretur, eò quod esset vir in ecclesiasticis doctrinis eruditus.

Omnis namque synodus secundum admo-
nitionem Domini Regis consensit, & eum

in eorum confortio sive in orationibus re-
ceperunt.

COMMONITORIUM

Datum Angilberto Abbatii Centulensi cuncti Romam
ad Leonem III. anno Christi DCCXCVI.

K Arolus gratia Dei Rex, & Defen-
sor sanctae Ecclesie, Homero Auri-
culario salutem. Divina regente miseri-
cordia iterum & prosperè te adducente ad
Dominum Apostolicum Papam nostrum,
admoneas eum diligenter de omni hone-
state vita sua, & præcipue de sanctorum
observatione canonum, de pia sancta Dei
Ecclesie gubernatione, secundum op-
portunitatem collationis inter vos & ani-
mi illius convenientiam. Ingeraque ei se-
pius quæ paucorum honor ille, quem
præfessionaliter habet, annorum, quam mul-
torum est perpetualliter merces, qua da-
tur bene laboranti in eo. Et de simoniaca
subvertenda heresi diligentissime suadeas
illi, quæ sanctum Ecclesie corpus multis
malè maculat in locis. Et quicquid mente

tenes scipius querelis agitasse inter nos.
Sed qualis mihi esset conlatio cum beato
Hadriano Papa prædecessore illius de con-
struendo monasterio ad sanctum Paulum
nullatenus dimittas suggere illi, ut vo-
lente Deus revertens certum mihi respon-
sum habeas referre. Dominus Deus ducat
te, & dirigat in omni bonitate cor illius,
ut faciens faciat quod sanctæ sua proficiat
Ecclesie, ut sit nobis pius pater & pro no-
bis præcipuus intercessor; ut idem Deus
& Dominus noster Iesus Christus nos in
sua florere faciat voluntate, & cursum qui
supereft nobis vitæ nostræ ad perpetuam
stabilitatem quietem perducere dignetur.
Vade cum prosperitate, proficiens in veri-
tate, reverurus cum gaudio, Homeriane
puer.

EPISTOLA AD LEONEM III. PAPAM

Missa per Angilbertum Abbatem Centulensem.

K Arolus gratia Dei Rex Francorum
& Langobardorum ac Patricius Ro-
manorum Leonii Papæ perpetuae beatitudi-
nis in Christo salutem. Perfectis excel-
lentia vestra litteris & auditis decretali
chartula, valde, ut fateor, gavisi sumus,
seu in electionis unanimitate, seu in humili-
tatis vestrae obedientia, & in promissio-
nis ad nos fidelitate. In quibus omnibus ex
intimo cordis affectu divinae pietati agi-
mus gratias, quia nobis post lacrymabile
doloris vulnus quod anima nostra dile-
ctissimi patris & fideliissimi amici obitus in-
fluxit, tale in vobis solita sua clementia
providentia solatium perdonare dignatus
est. Vnde & vestrae sanctitati, quasi vica-
rio letitiae munere, per ejusdem Dei &
Domini nostri Iesu Christi misericordiam,
qui sanctæ sua Ecclesie in vestrae beatitu-
dinis exaltatione confulunt, nostram om-
niumque fideliū nostrorum demanda-
mus prosperitatem, necnon & pacificam

in Dei voluntate totius regni nostri inno-
tescimus unanimitatem, ut æquè in no-
stra devotionis gaudeatis sicut & nos in
vestrae sanctitatis letetamur successibus. Sed
& hoc vestrae sanctissime benevolentia
innotescimus, quod cùm dilectionis mu-
nera patri meo dulcissimo prædecessori ve-
stro dirigere paraveram, ut caritatis quam
in eo habui munificentia largitate mon-
strarem magnitudinem, & suavissimam in-
ter nos familiaritatis fidelitas multorum
ostenderetur oculis, ecce subito, quod
sine dolore non dicam, sine lacrymis non
cogito præ tristitia, obitus illius legatione
confermatu sum, & ubi letitiae parave-
ram insignia, ibi me tristiae turbaverunt
lugubria. Etsi Apostolus de mortuis con-
tristari prohibet, tamen caritas lacrymas
elicere non ceſſat. Non quasi mortuum
plangentes, sed quasi melius cum Christo
viventem recordantes, si nos corporali
præsentia amisſe, non tamen spirituali
ſuffragio